



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

12. Fallit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

testamenta. & l. consulta. C. de testamentis. Nam si cessante testamento Clericus esset successurus, aut alias haberet interesse pro dicta publicatione in urbe Romana vocaretur coram magistro census, ut *in alleg. l. testamenta. & l. consulta.* Alioquin publicatio non teneret secundum *But. Bart. Bal. Salice. & Ioan. Fa. in alle. l. testamenta.* vel fieri debet apud præsidem provincie in provinciis, aut coram defensore civitatis, ut *in authen. de deten. civi. §. nulla idem glo. & Odo. in alle. l. testamenta. & de hoc in l. repetit. 2. C. de Episc. & Cleri. & si quis ex consensu. C. de Episc. audien. ver. idem tenent. Sicul. & Bal. in cap. si de fide. instru. Unde Bar. in allegat. l. consulta, dicit, quod huiusmodi insinuatio sive publicatio testamenti fieri non potest apud rectores Ecclesiarum. Idem *Salice. ibidem.* Certum est autem quod in huiusmodi publicatione sunt vocandi quorum interest. tenet *Inno. Hostien. Iob. And. Bal. & Sicul. in cap. Albericus de restit. & in cap. si. alle. Bart. Bald. & Salice. in allegat. l. publicati. & Io. Fa. in alle. l. testamenta. & Specu. tit. de instru. edi. §. ostenso. ver. qualiter ver. & ut plenus.**

12. FALLIT.

In confectioe inventarii fienda per laicum hæredem, quod fieri non debet, nisi citatis creditoribus & legatariis *per l. si. in §. cum igitur C. de iure deli. & ibi Bal. Salice. & Doct. & Bar. in authen. sed eum testator. C. ad l. Falci. Pau. de Cast. consi. 203. & Bart. in l. 2. §. prius ff. de vulga. Bal. in authen. si omnes C. si ut ab hæ-*

vulga. Bal. in authen. si omnes C. si ut ab hære. se absti.
 Et hoc in præsentia iudicis : ita etiam tenet *Specu. ti.*
de instrum. edi. §. fin. ver. quid si hæres fecit scribi &c.
 Nam si Clericus sit unus ex creditoribus aut legatariis ,
 vocandus erit coram iudice sæculari , si alij legatarij ,
 & creditores sint laici , per rationes positas per *Bald.*
in allegat. l. testamen. cum concor. allegat. in 9. fal-
lent. hujus secundæ regulæ. Et idem in inventario tu-
 torum aut curatorum, quod per *Specu.* æquiparantur quo
 ad formam inventario hæredis ubi supra vers. hujus au-
 tem inventarij. Et idem videretur generaliter , ubi-
 cunque imminet aliquis actus fiendus coram iudice sæ-
 culari vocatis quorum interest , quia si unus illorum
 interesse habentium reperiatur Clericus , ne conti-
 nentia causæ dividatur , vocabitur coram iudice sæ-
 culari , ut in casu prædictæ authen. si omnes & idem
 videretur in similibus , *idem Anchaubi supr. ver. oc-*
currit. Adde quod Episcopus executor testatoris tene-
 tur conficere inventarium , etiam coram iudice lai-
 co , secundum *Ange. in l. §. hæc stipulatio ff. si cui*
plusquam per l. Falcidiam.

13 FALLIT.

In Clerico qui successit prædoni in fraudem ju-
 risdictionis , nam tunc secundum *Bal. in allegat.*
leg. fin. C. de edic. divi. ad tol. 13 col. non erit curan-
 dum unum obolum de prædicto Clericatu , quia Ec-
 clesia quod vult in se ut sua jurisdictio non fraudetur,
 ita velle debet in alijs. *10 col. de alie. feu. ver. Ec-*
clesia , quasi velit innuere , quod iudex poterit co-
 gere talem Clericum hæredem ad restituendum fur-
 tum , ad quæ fa. quæ scripsi in hujus secundæ re-
 gulæ tertia fallentia.

De